Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dere consummabit mysterium dei. idem perficiet quicquid modo
latet. quia consummatio hic non abolitionem significat. sed
perfectionem. Mysterium autem appellat illud quod oculus
non uidit. nec auris audiuit nec in cor hominis as
cendit. Quod tunc utique consummabit idem perficiet.
cum et iustis bona et iniustis data fuerunt tormenta
antea preparata. Sicut euangelium hauit per seruos suos
prophetas. Omnis enim uaticinio prophetarum principa
liter fuit de domini aduentu et seculi consummatio
ne. Ideoque tunc perficietur quod ante predictum est
per illos. XX.IIII.

Et uocem quam audiui iterum de celo loquentem
mecum et dicentem. Vade et accipe librum apertum
de manu angeli stantis supra mare et super terram.
Et angelus qui tenet librum apertum xpc est. et ipse qui
mittit iohannem ut uadat ad angelum xpc. Ipse
enim tenet librum apertum. quia ipse reuelauit
omnia quae latebant in ueteri testamento de eius
natiuitate morte passione et resurrectione. Vox
ergo illa quae facta est ad iohannem nichil aliud in
telligitur nisi interna inspiratio. quia os inspi
rat cordibus fidelibus ut accedant ad eum. iuxta
illud. Accedite ad eum et illuminamini. Nam et
quod iohanni dicitur utique omnibus dicit. qui reue
lata facie gloriam dei speculantur. Isti enim tales apertum
habent libellum. ideoque illis dicitur ut accedant
ad angelum. non gressibus corporis sed passibus
fidei et meritis. Hoc miror si ipse xpc de se tamquam
de alio loquitur. cum et sci in scripturis sepissime